

Papam, ad ipsum res secreto referenda est, secundum Sot. d. art. 2. in vers. debet, autem, adhuc tamen probabilis est, quod Episcopus etiam hoc casu possit dispensare competenti penitentia imposita.

Ista autem communis sententia nullibi in iure efficaciter probari videtur, quinimo in puncto iuris vera non videtur: quoniam in hac specie, non tantum ob incestum prohibetur is debitor coniugis sit propter accessum, quem ipse habuit ad uxoris consanguineam: Hoc vero impedimentum affinitatis à solo Romano Pontifice tollitur. Igitur & licentia exigendi debitum ab affine, per eundem tantum concedi potest, non per Episcopum: Argumento eorum, quæ in simili tradit Sylvester verb. matrimonium, 7. n. 5. vers. vndecimum, post D. Thom. quem refert ibi Sylvest. quærens, utrum Episcopus possit dispensare cum + contrahente matrimonio post simplex votum castitatis, quantum ad hoc, vt possit exigere debitum, inquit, quod communiter tenent Moderniores in cap. rursus, qui clerici vel obventes, quod Episcopus possit dispensare ex causa legitima & causa legitima est periculum animæ, aut ex mora aut ex impossibilitate omnino ad eundem Romam alias requiritur auctoritas Apostolica, quia ista obligatio non exigendi (& nunc ad rem) venit ex obligatione voti, vnde ille solus potest hanc tollere, qui & illam: & ex hoc fundamentum contra communem superiorem sententiam tenet nuncupatum Couar. vbi supra, dist. n. 6. & Anton. Cordub. vbi supra, in vers. quartum dictum, qui aliis etiam rationibus id probare nititur. Nihilominus tamen communis sententia præfata tenenda, est cui non obest argumentum aduersus eam supra adductum ex Thoma & Sylvestro, circa similem dispensationem ad exigendum debitum per eum, qui contra votum castitatis à se factum matrimonium contraxit: Nam iidem nihilominus fatentur, in præd. casu Episcopum posse dispensare ex causa legitima, sicut & nos contendimus, & in nostro, de quo agimus, nempe propter periculum animæ, aut ex mora aut ex impossibilitate omnino ad eundem Romam: quod & probat Dominicus Soto in 4. sentent. d. 3. q. 8. q. 2. art. 1. vers. reddere etiam, & c. Hoc namque periculum animæ prope semper vertitur atque concurrit in iuvene incestuoso cohabitante cum sua coniuge, aut ex mora aut propter impossibilitatem vel saltem difficultatem aditus ad Romam aut propter paupertatem aut infirmitatem aut viæ longitudinem aut alia impedimenta, vt est prædictum: dispensare namque hoc casu, non est absolute dispensare in affinitate, sed secundum quid, id est, non ad contrahendum matrimonium de nouo cum affine, sed ad vsu tantum matrimonij iam contracti, quod licet Episcopis, cum non sit dispensatio absoluta, sed secundum quid sicut dispensare cum eo, qui post votum castitatis contraxit matrimonium, vt possit petere debitum ab vxore, non est dispensare absolute in voto castitatis, quia mortua vxore tenetur illud votum seruare, & si ad aliam accedat, peccabit contra votum: dispensare ergo simpliciter in affinitate, id est, non solum ad vsu matrimonij contracti, sed etiam ad contrahendum matrimonium cum affine, solius est Romani Pontificis, sed dispensare in affinitate secundum quid, id est, non ad contrahendum matrimonium denuo cum affine, sed ad vsu matrimonij, non solius Romani Pontificis, sed etiam Episcoporum est, & idem est in voto castitatis simplici: Nam dispensare, vt post illud, qui vouit, licite contrahat matrimonium, solum est Romani Pontificis; sed dispensare, vt utatur matrimonio iam contracto, non solum Romani Pontificis, sed etiam Episcoporum est: Vnde illud, quod ex Sancto Thoma & Sylvestro refert Couarruias, scilicet, quod ille solus potest tollere obliga-

tionem non exigendi, quæ ex voto proeinit, qui & illam, quæ ex voto procedit, verum dicit, quando auferatur illa obligatio absolute vel sine aliqua causa, etiam quoad petendum debitum tantum, vt prædicit Doctores volunt: secus si secundum quid auferatur, hoc est, ad petendum & exigendum debitum ex aliqua causa legitima ex prædictis vel similibus, prout ipsi affirmant & contingit in proposito: in quo scrupulus iniiciendus non est, vt inquit Soto vbi supra, si impeditur, ob quæ Ordinarius dispensauerit vel dispensatio petatur, non sint adeo manifesta.

Eodem modo responderet ad cætera fundamenta Cord. Pro quibus facit: Nam licet regulariter non possit Episcopus + concedere statuta vel dispensare contra Canones, fallit tamen ex causa euidenti & necessaria, vt singulariter dixit Bald. in l. omnes populi n. 8. ff. de iustitia & iure, quem sequitur Abb. in cap. ar. si clerici, §. de adulterio, n. 9. de iudiciis, & alij plures relati per Bernard. Diaz de Lugo in regula 2. 8. & Petrum Duennas in regula 248. limitatione 2. vbi idem etiam tenet ex causa magna vtilitatis, quando superior consili non possit, alias secus. Multa + enim ex causa necessitatis fieri possunt, quæ alias non licerent, vt referunt Abb. vbi supra, & Felin. in cap. 1. n. 47. & seq. de constit. & denique Rolandus à Valle consil. 56. lib. 4. Quod præmaxime in proposito procedit ob periculum animæ incestuosi simul cum vxore cohabitantis vitandum & propter difficultatem aditus ad Romam, & quia ius hoc casu dispensationem Summo Pontifici specialiter non reseruauerit nec Episcopi ab ea sint cohibiti. Fit igitur ex præd. vt Episcopus recte in hoc dispensare possit quoad effectum tantum exigendi debitum ab vxore, cui per incestum effectus est affinis, vt habet communis opinio, quam sequor ac libenter probor, & iuxta eam iam consului, Quinimo & iudicium, cum essem Ordinarius huius Episcopatus Ciuit. sede vacante Episcopali concessi enim facultatem cuidam confessorio dispensandi super huiusmodi casu: fatetur tamen lateque probat Cordub. vbi supra in quinto dicto, quod suis fundamentis, quibus contra communem + insurrexit, non obstantibus, vbi fuerit consuetudo legitime introducta, hoc est, scita vel tolerata à Papa, vel vbi ipso ignorante introducta consuetudo fuerit dispensandi cum huiusmodi incestuosus, per tempus quadraginta annorum, bene poterit talis incestuosus de iacefani licentia seu dispensatione debitum petere ab vxore. Ita sibi facta affine: Quinimo in præcedenti quarto dicto, in vers. vtrum autem sit consuetudo præscripta, tradit, quod sit præd. consuetudo, vt Episcopi dispensent super hoc, & quod ideo notanter dixit, quod de rigore iuris Episcopus dispensare non poterat: Itaque reuocare videtur cum præd. communis sententia, saltem attentata consuetudine: sed, vt prædiximus, de iure, etiam semota consuetudine, vera est communis sententia.

Vltimo + obseruandum nobis videtur in proposito vnum singulare, ex quo mille forsan scrupuli suscitentur, nempe, quod hodie, si coniux rem habeat cum consanguinea vel consanguineo alterius coniugis, vltra primum & secundum gradum, puta in tertio vel quarto, sicut in vltiori, non erit dispensatio vlla necessaria ad exigendum debitum à proprio coniuge, cuius consanguineam vel consanguineum post suum matrimonium consummatum vel ratum tantum, carnaliter cognouerit: Nam cum impedimentum ex illicita copula contractum in tertio vel quarto gradu, ad matrimonia contractanda, iam sit sublatum à Sacro Conc. Triid. ac liber in illis gradibus matrimonium contrahi possit, vt prædiximus in principio huius c. & præterea etiam incestus non committatur, vt nos etiam supra docuimus cõsequitur manifeste, quod ex hac copula illicita vnus

coniugis cum consanguinea vel consanguineo alterius coniugis, non oritur impedimentum aliquod affinitatis inter prædictos coniuges, ac proinde matrimonio contracto potius poterunt + fortiori, & non erit necessaria dispensatio. Superest igitur, vt in primo & secundo gradibus ea opus sit. * Et in terminis, quamuis fluctet, ita dicit videri tenendum Alphons. à Veraer. vbi supra, cap. de impedimento affinitatis, per totum, & in hanc partem multum inclinat (vt ipse ait) nouissime Nauar. consil. 3. num. 3. & 4. de consanguinitate & affinitate, licet non resoluatur & eam tenent multi Theologi & Iurisperiti, & est longe probabilior, quam contraria aliorum Theologorum & Iurisperitorum, secundum Petrum Ledesimium in add. ad 3. part. q. 55. nu. 3. pag. 418. in vers. circa istam dubitationem: Eandem sententiam tanquam manifestam ex decreto Concilij Tridentini præd. sequitur & probat Candelabrum aureum septem Sacramentorum, dum agit de Sacramento matrimonij, tit. de affinitate, n. 209. addens, quod ita consulti tenuerunt Magistri Salmanticae & Compluti & Guertre. 10 Archiepiscopus Granatenis, & nos hic referens, rem sequitur explicatio Bullæ Cruciatæ, Eman. Roderic. in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 13. sub n. 3. & Archiepiscopus Composellæ Blanco in sua Summa de aduertentia de curas in §. p. fol. 134. pag. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Vxor petens separari à viro quoad thorum & mutuum cohabitationem ex causa sanctorum, audienda est, si alias ei cautio sufficienti non possit prouideri, & numero. 2.
- 3 Cautio idonea in proposito intelligitur, si deinceps, pignora vel forte iuramentum, si hoc magis vineat vir.
- 4 Vxor si propria auctoritate à viro discedat ob nimiam sanctorum, si hoc consuet in continens, eidem minime est restituenda, sed alicui prouideat & honeste mulieri usque ad causæ decisionem custodienda, videnda est in loco, vbi vir neque parentes eius ullam possunt mulierem violentiam inferre, & n. 5.
- 6 Ex quibus processit praxis hodierna in tribunalibus Ecclesiasticis, muliere petente diuortium ex causa sanctorum, si in continens probante, vt deponatur, & c.
- 7 Vxor ligandi cum marito sunt ministranda alimenta & c. per eum.
- 8 Vxor infidans viua mariti & tentans eum perdere veneno, si aliter non potest cohiberi, verisimiliter potest etiam propria auctoritate à marito & petenti restitutionem obtinere exceptio.
- 9 Sanctorum non tantum præterita considerari debet in proposito, sed & timor futurus est aduertendus.
- 10 Arbitrio iudicis relinquuntur, quando tanta sit sanctorum viri, vt vxori prouideri possit remediis cautionis, & numero. 11.
- 12 Maritus licite potest ex causa mulierem castigare atque iuxta qualitatem culpa corrigere, ita quod non procedat ad sanctorum, illa enim sunt iudicij relinquenda, etiam in seruis propriis.
- 13 Multum operabitur ad faciendam separationem, si illam petens, probet, nullam cautionem sufficere pro securitate, & c.
- 14 Facto diuortio quoad thorum ob culpam viri, vxori restituenda est dos & medietas lucrorum ante questurum. Idem est in lucris post separationem questis, n. 15. Nec hoc casu vxor aliquid viro acquirit, nec communicat, num. 16. Secus si culpa vxoris, non vero viri, sint diuortium, quia tunc quicquid ipsa acquirit, viro communicare tenetur, num. 17. Nec in hac specie vxor aliquid habebit ex bonis antea per maritum questis vel postea querendis, num. 18.
- 19 Falsi commisso facti diuortio inter coniuges, apud

quem eorum morari ac nutrire debent. 20 Illud Marthæ; Quod Deus coniunxit, homo non separet, declaratur. 21 Causam magna sanctorum esse similem causæ fornicationis, vt ob eam quoque fieri diuortium debeat.

C A P V T XXIV.

De diuortio inter virum & vxorem ex causa sanctorum.

Requentissime + lites agitari solent in tribunalibus Ecclesiasticis inter coniuges, petente vxore separari à viro, quoad thorum & mutuum cohabitationem ex causa sanctorum: hoc autem forsitan dubium videri poterit alicui, An iure licite fieri possit: dicit enim Dominus in Euangelio, vt constat Matthæ 19. Quod Deus coniunxit, homo non separet. Et rursus Matthæ 5. interrogatus; an liceret viro quacunque ex causa dimittere vxorem suam, respondit, id non licere, nisi ob causam fornicationis, vt habetur in capite ex publico de conversione coniugatorum. Scriptura enim diuina testatur, quod propter hoc relinquit homo patrem & matrem, & adhæret vxori suæ, & erunt duo in carne vna: vt patet Genes. 3. Esdræ 4. Matthæ 19. Marci 10. referunt in capitul. gaudemus de diuortio. Matrimonium enim fuit institutum in statu innocentie in paradiso, ibique recepit indissolubilitatem à Domino cum dixit: Quod Deus coniunxit, & c. Quomodo ergo ab homine separari potest vir ab vxore ex causa sanctorum, cum solum illa fornicationis sit exceptio, ob quam vir possit dimittere vxorem suam? Exceptio enim firmam regulam in contrarium in casibus non exceptis, vt in l. nam quod liquida, ff. de pen. legata, notatur in rubrica de regulis iuris in 6. Idem præterea cõprobat testimonio Beati Pauli Apostoli 1. ad Corin. 7. dicentis Allegatus vxori? noli querere solutionem, & c.

Nihilominus + in contrarium est determinatio Ecclesiæ ab Innoc. III. vbi nomine facta in cap. literas, de rest. spol. circa finem vbi ita statuitur: Si veto tanta sit viri sanctorum, vt mulieri trepidanti non possit sufficienti securitate prouideri, non solum non debet ei restitui, sed ab eo potius amoueri, alioquin sufficienti (si fieri potest) securitate prouisa, profecto videtur coniux ante causæ cognitionem restituenda viro. Idem probat text. in cap. 1. ibi; Vtrum quia dicebat mulier se virum habere suspectum, & c. vt lito non conest. in 2. gl. verb. suspectum dicente; Hic est vnus casus, vbi spoliato viro vxor non restituit, scilicet, cum timeatur de sanctorum viri: & allegat dictum cap. literas in fine quem text. dicit esse valde notabilem & singularem Abb. ibidem, nu. 7. dicens; Et sic habes hic casum, in quo propter adulterium licitum est coniugi dimittere coniugem, quod perpetuo nota, & ibi communiter Doct. idem Abb. & Præposit. in cap. 1. de diuortio. Palat. Rub. in repet. cap. vestras, 3. notab. eolum. penul. de donat. inter virum & vxor. Hippolyt. in l. fin. C. ad l. Cornel. de scariis, D. Couar. in 4. de sponsa. par. cap. 7. §. 5. num. 1. Sed est vltra eum gl. ord. & magistr. in cap. de benedictio, 32. quæst. 1. verb. sub cautela, vbi quod si mulier dicat, + maritum esse esse suspectum, oportet, vt idonea cautio ei præstetur, scilicet, si deinceps vel pignora vel forte iuramentum, si forte illud magis timeat vir in cap. merentes, 17. quæst. 4. Si veto tanta sit sanctorum viri, vt nulla cautio videatur sufficere, tunc non est ei reddenda, sed alicui honeste matrone committenda, vt in dict. c. literas, in fin. quia satisfactio maleuolum propositum non mutat, vt in §. vlt. l. infir. de susp. tunc idem probat Ant. Gom. in l. 5. Tanci, n. 183. col. pen. illius numeri, idem in 3. tom. vniuers. cap. 6. de iur. num. 16. Jacob. Menoch. de arb. iud. lib. 2. casu 135. n. 5. & Dionisius

nyfus de Francisc. *consil.* 58. n. 10. *inter consilia matrimo-*
nialia lib. 1. Que conclusio cum sit ab Ecclesia appro-
bata atque recepta, indubia est & tenenda, prout indif-
ferenter omnes scribentes eam probant. Plurima tamen
in proposito fonte obseruanda, quae in foenisibus
controversiis quotie versantur.

4 Et primo, + idem esse, si vxor propria auctoritate ob-
nimiam seuitiam a viro discadat, quia si de hoc con-
stet in continenti, eidem minime est restituenda, sed
alicui prouidenda & honesta mulieri vsque ad causae de-
cisionem custodienda tradenda est, in loco vbi vir vel
parentes eius, nullam possint mulieri violentiam inferre.
Iste est casus expressus *tex. in cap. ex transmissa* & ibi
communiter Doctores de *restit. spolia.* vbi prius deci-
dit, quod recepta sufficienti cautione, quod illi non
debeat aliquid malum inferre, marito restituitur: Si
autem capitali odio ita mulierem vir persequatur, quod
merito de ipso distat, tunc deponenda est apud probam
& honestam mulierem, vt est praedictum ex deci-
sione dicti *tex. ex quo* hoc deducit in *gloss. in dicto cap.*
de benedicto 32. quaestio. 1. idem probat *tex. quomodo non*
ita expressum in dicto cap. literas, in fin. ibi: Non solum
non debet ei restituere &c. & ibi: Restituenda marito, & ibi
notat Abb. *dicto num. 7. & sepe omnes supra allegati idem*
probant.

5 Est itaque + hic casus specialis, ad regulam genera-
lem contrariam, in quo spoliatus ante omnia non est
restituendus: Nam maritus agens ad restitutionem suae
vxoris eamque recuperandam, repellitur per opposita
exceptione seuitiae, si in continenti probetur: & merito,
cum ex restitutione irreparabile damnum eidem
vxori sequi possit, vt in dictis iuribus & in terminis ita
teneri Ripa in *l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 48. ff. de*
acquirenda possessione, & Anton. Corset. in tractat. regul.
de acquirenda possessione, & Anton. Corset. in tractat. regul.
quod spoliatus ante omnia restituatur, fallentia 26. Menoch.
plures alios allegans in primo remedio recuperan-
dae passio. n. 308. vbi dicit hanc esse communem omniu
sententiam in d. cap. literas, & in d. s. nihil commune, &
item n. 318. idem in d. casu 139. nu. 5.

6 Secundum est notandum ex superioribus extitisse for-
san praetiam hodiernam, quae in tribunalibus Eccle-
siasticis viget, vt statim, quod mulier petit separationem
quoad thorum & mutuam cohabitationem ex causa
magna seuitiae, se offert in continenti id probare &
iudex Ordinarius competens praecipit, vt det informa-
tionem testium hoc probantium: qua praestita, si suffi-
ciens iudici videtur, continuo interloquendo pronun-
tiat, eam deponendam penes mulierem probam & honestam,
interim dum causa deciditur, praecipiendo marito
suisque parentibus, ne illi ullam iniuriam vel molestiam
inferant sub poena excommunicationis & alia
penis pecuniariae arbitrio suo applicatis vel applican-
dis, sique tandem seruat, quod dictus *tex. in cap. ex*
transmissa, decidit. Insuper iubetur, vt maritus praestet
vxori vestes necessarias, si eas derinet, & alimenta + li-
riumque expensas, quae statim idem iudex moderatur:
vxori etenim litiganti cum marito, sunt ministrandae
expensae & alimenta per eum, vt deducit Matth. de Af-
flic. *decis. Neapol. 10. n. 2. Rebuff. 1. tom. comment. tit. de*
seu. prouision. art. 3. gl. 1. n. 26. fuitque in terminis do-
ctrina Bald. in l. 1. Column. 2. communita de legat. in vers.
tertio dubitatur, vbi dicit, quod potest mulier petere se
ali extra domum, quando fuit iniuste verberata: quem
refert & sequitur Couar. vbi supra n. 2. & additio Abb.
in d. cap. literas, d. nu. 7. littera B. & ita sepius iudicatum
vidimus & iudicauimus.

8 Tertio, + idem obseruandum est in marito respec-
tu vxoris, Nam si ipsa insidietur viro mariti & tenta-
uerit eum perdere veneno nec aliter potest cohiberi
verumiliter, tunc potest etiam & petenti restitutionem

obstabit exceptio, *argum. d. cap. literas in fi.* Nam maritus
& vxor sunt correlatiua, vt patet: Ergo dispositum in
vno, habet locum & in alio, *argum. l. unic. C. de cupressis*
lib. 11. & tradit late Euerard. in cent. legal. loco 76. a cor-
relatiuis, & in terminis, vbi dicit, quod si est magnum
odium inter coniuges, & timetur mors & praesertim si
tentauit aliquid alter contra alterum in necem ipsius
& timetur quod faceret, iudex poterit separare coniuges
ab inuicem, imo propria auctoritate potest con-
uinx lasus laedentem vxoris amplexu & mutuo seruitio
ac simultanea cohabitatione priuare & vxorem mari-
tus a se abicere, & sibi petenti obstabit exceptio seuitiae,
& Ioan. And. in hoc refert & sequitur Abb. in dicto
cap. literas, num. 7. & in cap. quemadmodum in fin. num. 15.
de iur. iur. Hippolyt. in l. unica, nu. 259. C. de rapto virg.
probatur in l. consensu, C. de repud. in authentic. sed non
iure, C. eod. tit. D. Couar. vbi supra. Sed optime id plurib.
probauit Dionysius de Francisc. *dicto Consil. 58. per totum,*
vbi etiam loquitur, quod mulier suppositi viro suo
facturas & herbarias seu incantationes fecit ad eum
necandum vel si venefica esset.

Quarto, + considerari non tantum debet in propo-
sito seuitiae praeterita mala tractationis, sed & timor
future est aduertendus, vt sentit Ioan. And. in *dicto c.*
1. de diuort. & expresse probauit Couar. vbi supra, d. nu. 1.
adducens in id optimum exemplum Aymon. Craue.
consil. 31. quando inter virum & vxorem esset grauis his
super maiori parte bonorum, quia coniecturari tunc
potest futura seuitia, ipsa personarum qualitate per-
specta: quare cantos oportet esse aduocatos, vt semper
articulos faciant, non solum praeterita seuitiae, sed &
timoris probabilis future, ita vt si separatio non fiat,
verisimiliter timeatur, maritum vxorem necaturum
vel e contra.

Quinto + aduertendum erit, quod iudex arbitrabitur,
quando tanta subit seuitia, vt non possit provide-
ri remedio cautionis: *argum. l. 1. ff. de iure deliberan. &*
capit. de causis, de officio delegat. ita Abb. in d. cap. literas,
in saepe citato, *nu. 7.* cui accedit Paulus Paris. *consil. 54.*
num. 3. lib. 4. sequitur Doct. Couar. *vbi supra, n. 2. in fine*
Tiraquell. in *l. si inquam, verb. omnia, vel partem nu. 31.*
in fin. C. de reuocand. donat. Menoch. de arbitrar. iudic.
dict. casu 139. num. 8. Si igitur iudex ex actis causae per-
penderit, attenta + personarum qualitate modoque se-
uitiae, mulierem penes virum tutam nec securam omni-
no esse, tunc arbitrabitur separationem fieri debere,
alias secus, sed potius mulierem viro restituendam esse,
praestita praedicta cautione, quod eam non offender,
nec vlllo modo molestiam sive iniuriam illi inferet sub
penis competentibus, quae bene visae fuerint iudici.
Maritus + enim licite potest ex causa mulierem castiga-
re atque secundum quantitatem culpae corrigere, ita
quod non procedat ad saena: Illa enim sunt iudici re-
linquenda etiam in seruis propriis, vt in *§. sed hoc tem-*
por. Instut. de his qui sui sui, vel alieni iur. secund. Abb.
in cap. quemadmodum, n. 15. de iur. iur. Multum autem
operabitur ad inducendam + separationem, si illam pe-
tens pro se nullam cautionem sive satisfactionem suf-
ficientem esse pro securitate ipsius praesentia graui al-
terius coniugis in quo etiam oportet cautum esse ad-
nuocatum mulieris separationem petentis, vt hoc in ar-
ticulis deducit, si vere res ita se habent.

Sexto addo, + quod in specie, de qua agimus, vel
quando propter adulterium separatur matrimonium
quoad thorum, non solum vxori restituenda est dos
vt in *c. 1.* & ibi notat Abb. *de donatio inter virum & vxor-*
em, Bald. in cap. 1. in 3. notab. vt licet non constet. verum
etiam iam medietas lucrorum a viro ante separationem
quaesitorum, vt in *cap. signific. in c. 1. de donation. inter*

inter virum & vxorem ex quibus id asserit Segur in re-
petitione *l. vnum ex familia, §. si fundum, nu. 39. ff. de le-*
gat. 2. cui assentit Palatius Rubicus in repetitione rubric.
de donat. inter virum & vxorem, §. 54. nu. 10. Castellus in
l. 16. Tauri, gloss. mag. in fin. & ibi Palat. Rubicus num. 35.
Anton. Gom. in l. 53. Tauri, nu. 72. Didac. Couar. in 4. de
spoliat. 2. part. cap. 7. §. 1. num. 6. Pinel in l. 1. in 1. part. nu.
§. 8. C. de bonis maternis, Matienens. in l. 2. tit. 9. lib. 5. Noue
Collectio Regiae, gloss. 1. diximus in nos, §. 1. ubi praedict.
allegauit. Atque idem est in lucris + post separationem
quaesitis, secundum Palat. Rub. *vbi supra, Ferdinand. Gom.*
in l. 12. Taur. n. 15. Couar. vbi supra, Didac. Perez in ad-
dition. ad Seguram vbi supra, contra Segur. ibidem & Cas-
stel. vbi supra, contrarium tenentes, contra quos est
communis opinio secundum Matienens. *vbi supra,* nu-
mer. 48.

15 Quinimo + quando vxor ob culpam viri ab eo separa-
tur vel eius cohabitationem vitauerit, nihil est acqui-
rit nec communicat auctore Bald. in *l. si vxor, nu. 6. in*
fin. C. de condit. inster. voluit in l. non sine, C. de bonis,
que lib. Decius in l. 1. num. in C. vnde vir & vxor, Pinel
in dicto l. 1. part. n. 58. Matienens. vbi supra, n. 53. Secus si
culpa + vxoris, non vero viri fiat diuortium, quia tunc
quicquid ipsa acquirit, viri communicare tenetur, se-
cundum Seguram *vbi supra, nu. 36. Castell. in l. 16. Tauri,*
gloss. mag. colum. vlt. Lupinus in dicto l. 16. Tauri, nu. 32.
18 Matienens. *vbi supra, nu. 54.* & in hac specie + vxor nihil
habebit ex bonis antea per maritum quaesitis vel postea
quaerendis, secundum Palat. Rub. in *repetitione rubric. de*
donat. inter vir & vxor, §. 64. n. 1. & sequent. Castell. &
Matienens. *vbi supra, num. 55.*

19 Vltimo + sciendum est, quod factio diuortio inter
coniuges, licet iure Codicis in arbitrio iudicis esset, an
apud patrem vel matrem liberi morari ac nutriti debe-
rent, vt in *l. 1. C. diuortio facto, apud quem liber. morat.*
vel educ. deb. iure tamen nouissimo authenticorum de-
creta exstat, vt si pater eam diuortij praesertiter, apud
matrem ad secundas nuptias non venientem liberi com-
munes nutriti debent patris expensis, si vero contra,
apud patrem, matris locupletis expensis, nisi pater mi-
nus idoneus sit: Tunc enim apud matrem lo cupletem
nutriti debent, vt in auth. si pater, C. eodem tit. & in cor-
poro vnde sumitur, per quem text. ita tenet Syluest. in
Summa verb. filij, nu. 24. vbi limitat, nisi alter parentum
esset infidelis, quia tunc apud fidelem sunt alendi filij,
vt per dicta per eum in verb. baptismum, 4. §. 6. & 7.

20 Superest + modo vt satis faciamus argumentis ex di-
uini literis supra in contrarium adductis, & primo il-
lud Diui Matth. *Quod Deus coniunxit, homo non separet,*
non obest in proposito, quoniam intelligi debet, vt ho-
mo sua auctoritate non separet quos Deus coniunxit,
vt in *cap. si quis vxor matre in fin. 3. quaest. 2.* quamuis Iu-
dorus aliter intelligat, dicens esse subaudiendum ad il-
la verba: *Quod Deus coniunxit, homo non separet, violenter*
sine lege absque ratione. Non enim homo separet, quos
sine causa condemnat, quos reatus accusat, quos malefici
coarctat, verum hoc pro his dictum intelligitur, quos
iudices saeculi pro suis sceleribus legum severitate per-
cellunt, quos vel morte puniunt vel deportare iubent,
vt patet in canone sequenti, *Quos Deus, eadem causa &*
quaestione. In nostra autem specie homo sua auctoritate
non separet, sed Ecclesia ex iustissima causa, vt pronun-
ciatur securitati & vitae coniugis offensa, vt in *dicto c. ex*
transmissa, & in d. cap. literas, circa fin. de restitut. spolia.
manente tamen semper vinculo matrimonij, quia
ipsum non soluit sed tantum fit separatio quoad tho-
rum & mutuam cohabitationem atque bona.

21 Non + obstat & secundum, nempe, exceptionem
illam fornicationis a sacro eloquio factam, ob quam

tantum licet dimittere vxorem, videtur excludere alias:
Nam respondet, hanc etiam causam magna seuitia esse
se iure expressam ob similitudinem & identitatem
rationis: Nam si ob causam fornicationis licet dimitte-
re vxorem, & e contra, quare non idem dicendum erit
ob causam magna seuitiae, ita vt aliter quam per sepa-
rationem quoad thorum, vitae coniugis prouideri non
possit, vel si mulier insidietur viro mariti: hoc enim de-
duci potest ex prohibitione ab eodem iure diuino facta
de altero non occidendo. Si enim simul cohobitan-
do iuste timetur mors violenta alterius, quare hoc per-
mittendum: matus namque hoc casu periculum verti-
tur quam in conueniens sequatur ex separatione: duo-
bus autem malis minus est eligendum, vt sunt iura vul-
garia. Accedit quod separatio haec contingit culpa con-
iugis nimium sentientis vel vitae alterius insidiantis, &
nihilominus non fit quoad vinculum matrimonij,
quod fatetur esse indissolubile, sed tantum quoad
thori separationem & mutuam cohabitationem atque
bona, manente illa vinculo matrimonij: si que non
obstat illud Pauli 1. ad Corin. 6. *Alligatus est vxori, &c.*

S V M M A R I V M.

- 1 Maritus an propter publicum adulterium vxoris, pos-
sit ipsa viuente clericus in sacris officio, & nu. sequenti.
num. 12. ponitur affirmatiua, sed nu. 13. & seq. negati-
ua qua eligitur.
- 2 Maritus propter adulterium vxoris potest intrare re-
ligionem ibique solemniter profiteri: & in ea perse-
rere inuixore.
- 3 Vxor propter adulterium amittit ius, quod in viro ha-
bebat.
- 4 Marito non licet vxore adultera viuente, aliam ducere.
- 5 Quotiesunque post consummatum matrimonium licet
viro transire ad religionem, licet etiam eidem transire
ad sacros ordines in saeculo.
- 6 Maritus etiam matrimonio copula consummato, potest
de licentia vxoris conuerti ad religionem, ipsa vxore
in saeculo remanente, si non sit suspecta de incontinetia
ac castitatem promittente aliam tenetur etiam profiteri.
- 7 Maritus vxore religionem proficiente, potest ordinari.
- 8 Vxoratus de licentia vxoris atque ipsa religionem pro-
ficiente, potest in Episcopatum promoueri.
- 9 Beatus Hilarius fuit vxoratus & Episcopus, & habe-
bat filiam & vxorem, existens Episcopus, & quidam
Genebaldus etiam fuit vxoratus & Episcopus.
- 10 Apostoli fuerunt coniugati, sed verum est, excepto Petro
Apostolo non probari aliquem ex Apostolis fuisse con-
iugatum, & quid de Ioan. Apostolo, nu. 11.
- 12 Episcopi in locum Apostolorum successerunt, in eo quod
sunt pastores, non vero in ordine, quo Apostoli fuerunt
religiosi.
- 14 Vxoratus eo ipso, quod promouetur ad sacros ordines, vi-
detur continentiam profiteri.
- 15 Maritus etiam ignorans, cognoscens carnaliter vxor-
em suam adulteram, bigamiam contrahit.
- 16 Maritus, qui vxorem adulteram post penitentiam
sibi reconciliatam cognouerit, irregularis est.
- 17 Nullo iure cauetur, quod matrimonium ratum & post
consummatum dissoluitur per sacri ordinis suscepi-
tionem, quinimo vxoratus nullum sacrum ordinem sus-
cipere presumere debet, auante matrimonio, nisi pra-
uit sacris Canonibus nouerit expedire, alius neque ma-
trimonio soluto in sic suscepto ordine ministrare nec ad
superiores ordines praenchi nec ad aliquod beneficium
vel officium Ecclesiasticum valet promoueri.
- 18 Nullo iure speciali cauetur, vt maritus propter adu-
terium vxoris possit ordinari, quamuis religionem in-
trare ac profiteri valeat.

CAPVT XXV.

An maritus propter publicum vxoris adulterium, possit ipsa viuente clericus in sacris effici.

Picta sane + quatio, tametsi difficilis & controuersa se nobis offert hic examinanda, nempe: An maritus propter fornicationem notoriam vxoris, hoc est adulterium, possit, iure sacris ordinibus insigniri, vsque ad presbyterium inclusive?

Et pars affirmatiua in promptu esse videtur, quoniam maritus propter adulterium vxoris potest intrare religionem ibique solemniter + profiteri atque in ea libere permanere, & qua ab vxore reuocari non potest: textus est in c. constitutus, & in c. veniens, de conuers. coniug. & in c. Agathonas, 27. qu. 2. l. 1. tit. 7. part. 1. per adulterium namque amittit vxor ius, quod in marito habebat, vt in cap. significasti, de diuor. & in c. fin. de adulter. & in cap. 1. & 2. 32. qu. 1. & Luce 16. vbi quod non licet dimittere vxorem, nisi ex causa fornicationis, cap. ex parte cl. seg. de spons. quamuis + nihilominus marito non liceat, vxore adultera viuente, aliam ducere, secundum Diuum Hieronymum, in cap. dixit Dominus, 32. qu. 1. idem probat text. in cap. gaudemus, de diuor. Ex Innocentio III. editus, sic intelligens locum illum Matt. c. 19. Quicumque dimiserit vxorem suam ob fornicationem & aliam duxerit, reprobatur in Inno. lib. 1. de contemptu mundi, c. 26. text. etiam in cap. ex parte, de spons. optimus in cap. per venerabilem, qui filij sunt legit. probat latissime ac curiose nimis auctoritate plurimorum Conciliorum & Sanctorum doct. Couar. in 4. de spons. 2. part. cap. 7. §. 6. n. 13. aduersus Diuum Ambrosium, l. ad Corinb. cap. 7. aliud existimantem: Quinimo ita de fide est determinatum in Cone. Trident. sess. 24. can. 7. cuius verba sunt hæc: Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum docuit & docet iuxta Euangelicam & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alicuius coniugum, matrimonij vinculum non posse dissolui, & vtrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere mechanicum eum, qui dimissa adultera, aliam duxerit & eam, que dimissa adultero alij nupsit, anathema sit: per quem text. Concilij idem docuit Victorius in summa de matrimonio quest. 306. versic. tertio dicimus: Ergo vir sine licentia vxoris adulteræ potest religionem intrare ibidemque permanere: Sicut igitur hoc potest, poterit etiam facere se promoueri ad sacros ordines: quia + quotiescumque post consummatum matrimonium licet viro transire ad religionem, licet etiam eadem transeat ad sacros ordines in seculo: ita nuncupatum docet Palud. in 4. sent. dist. 27. §. 3. art. 2. sequitur Sylu. in Summa, verb. diuor. qu. 17. n. 20. vbi hoc ampliat etiam vsque ad Episcopatum & Victor. in Summa de matrimonio q. 25. circa fin. dicens, quod in nullo alio doctore præterquam in Paludano hoc inuenit & credit, quod dicit verum, quia tunc nullum est impedimentum. Eandem doctrinam Paludan. probauit & Domin. à Soto in 4. distinction. 27. qu. 1. in fin. alique plures statim citandi. Secundo + eadem sententia affirmatur, quoniam maritus, etiam matrimonio copula consummato, de licentia vxoris potest conuerti ad religionem, ipsa vxore in seculo remanente, si non sit suspecta de incontinentia ac castitate promittente: alias + tenetur etiam profiteri, vt in cap. cum sit predictus, & in c. vxoratus, de conuers. coniugat. potest etiam vxore presistente religionem coniugatus ordinari, vt in c. coniugatus, eod. tit. Quinimo + & vxoratus de licentia vxoris atque ipsa religionem presistente, potest in Episcopum promoueri, vt in c. sane, cl. 1. de conuers. coniugat. & in c. Episcopum, qui filios, 12. qu. 2. text. in cap. sicut bi, §. ne-

esse, 47. distinct. cap. 1. de testam. & probatur priori ad Corinthios tert. ibi, Oportet Episcopum esse vnius vxoris virum, quamuis nec etiam matrimonium dissoluitur, vt in dist. cap. ex parte. Itaque hæc est communis resolutio, vt sine vlla dispensatione possit effici Episcopus, coniugatus cum sola licentia & professione vxoris suæ, secundum Abb. in cap. 1. de testam. col. 1. & ita + Beatus Hilarius fuit vxoratus & Episcopus, & habebat filiam & vxorem existens Episcopus, & quidam Generalis, vt inquit Florent. 3. part. sua Summa, tit. 1. cap. 21. §. 1. & Palud. vbi sup. Quinimo & Apostoli fuerunt coniugati, vt inquit Beatus Ambrosius 2. ad Corinthios 11. de quo latissime per Ioann. Arbor. in sua Theosophia lib. 1. c. 32. vbi tamen ipse probat, quod + excepto Petro Apostolo, non probatur aliquem fuisse coniugatum ex Apostolis: sed de Beato Ioanne legitur, quod fuit vocatus de nuptiis ad castitatis professionem, + vt ex Hieronymo in procmio Apocalypsis refert Couar. uias in 4. de spons. 2. part. cap. 7. §. 4. numer. 6. Verum matrimonium Beat. Ioannis, si illud contraxit, non fuit consummatum, sed ratum tantum: Quinimo nec est certum omnino ipsum fuisse vxoratum, vt præter Io. Arbor. vbi supra nos probauimus supra cap. 17. num. 27. At Episcopi + in locum Apostolorum successerunt, vt est decretum in concilio Tridentino, sessio. 23. cap. 4. quod intelligitur in eo, quod sunt pastores, non vero in ordine, quo Apostoli fuerunt religiosi, vt docet Soto vbi sup. in versic. & per hoc soluitur. Si ergo de licentia vxoris maritus potest effici religiosus, quinimo & Episcopus eligi atque creari, poterit etiam, ea inuita, adulterium tamen commissa, propter quod amittit ius, quod in marito habebat, sacris ordinibus insigniri, adulterium quippe idem debet operari in proposito, quod licentia vxoris & sic habemus intentum.

Præterea & tertio, quia per monachatum non imprimatur character, bene autem per ordines sacros: Ergo, &c. Et in terminis hanc sententiam affirmatiuam probauit nuncupatum glof. 1. verb. ad gradum sacerdotij, in dist. cap. constitutus, de conuers. coniugat. & ibi Abb. n. 5. per illum text. & Card. eandem opinionem sequuntur, quam etiam voluerunt Palud. & Syluest. vbi supra, eamque expresse probat atque descendit Beatus Anton. Archiepiscopus Florent. in 3. parte sua Summa, tit. 1. cap. 21. §. 1. in fin. & Victor vbi supra & Domin. à Soto, dist. lib. 4. sent. distinct. 27. quest. 1. art. 4. in fin. ea ratione quia solutus sit vir hoc casu vinculo reddendi debitum, & limitat, nisi fornicaria pepercit: sequitur ibidem Magister Palat. idem Soto iterum distinct. 36. quest. 2. artic. 5. circa fin. Celsus in suo Repertor legum huius Regni, in verb. clericos, in versic. decimo, idem videtur sentire, allegans l. 1. tit. 7. part. 1. Lex tamen illa secundum quam intelligi debet Celsus, loquitur in marito intrante religionem sine licentia vxoris, quo casu probat, ipsam posse eum reuocare, nisi commiserit adulterium, quo probato, maritus possit eam repudiare: Itaque nec lex hæc nec Celsus in nostris terminis loquuntur, sed in casu prioris fundamenti huius partis, quod est sine dubio, nempe, quod propter adulterium vxoris, maritus possit, inuita vxore, religionem ingredi vel ingressam retinere: at vero nos hoc non querimus, sed an possit in prædicto casu ad sacros ordines promoueri inuita vxore, quod nec lex illa neque Celsus vbi supra attulerunt neque declarant. Nihilominus ceteri supra allegati & præterea Anton. à Cordub. in suo tractat. de casu de conciencia, qu. 138. & 178. in secunda impressione, * & Nauar. consil. 23. de spons. num. 6. * idem, hoc est, præferunt opinionem affirmatiuam probant, iuxta quam iam vidi quandam vxoratum, viuente vxore adultera, protali declarata per exequutoriam Regiam, ordinatum in presbyterum, atque vt talem per concursum, iuxta formam

formam decreti Concilij Tridentini, adeptum fuisse beneficium curatum in hoc Episcopatu, alique presbyteris benemeritis non vxoratis, prælatum fuisse ab examinatoribus & Episcopo, quamuis sciebant vxoratum esse, sed quia iam erat ordinatus & habilis, eisdem præd. beneficium, contulerunt, & postea fuit promotus ad quandam Canoniciam Doctoralem cuiusdam ecclesiæ Cathedralis huius Regni, etiam per concursum, viuente vxore adultera.

13 Hæc tamen + sententia quamuis ita recepta sit à præfatis Doctoribus, mihi tamen nunquam placuit neque placere potuit: Itaque huiusmodi vxorato adulterium passo, nunquam sacrum ordinem conferrem nec conferendi licentiam aut facultatem concederem, si mei muneris id esset, nec etiam iam ab alio ordinato beneficium ecclesiasticum conferrem aut eidem prouiderem, aliis benemeritis stantibus, sequentibus fundamentis.

14 Primo, + propter scandalum aut saltem malum exemplum vitandum in nostra ecclesia Latina, in qua vxorati, viuentibus vxoribus, minime sine licentia earum possant ordine sacro clericali insigniri quicquid sit in ecclesia Greca, abhorrent enim laici similes clericos vxoratos, atque in decessis effert, clericos habentes vxores in seculo, quamuis seorsim viuentes sacris ministrare: Et quamuis quandoque hoc contingat videri admitti priori sententia, id tamen raro accidit, & ideo tanquam insolitum admirationem causaret, prout cassauit in hac ciuitate clericus ille vxoratus, cuius modo meminimus: & quamuis coniugatus absolutus, ab vxore continentiam presente, ad sacros ordines promoueri possit, vt in c. coniugatus de conuers. coniug. is tamen de quo agimus, non est huiusmodi.

Secundo & quod maxime mouere debet in hæc sententiam negatiuam facit, quoniam facillime contingere poterit, imo frequenter contingit, vt eidem adulteræ vxori maritus pepercit iniuriæ que condonauerit tacite vel expresse, occulte, hoc ignorante Episcopo siue eius Vicario diocesano, quo casu Soto fatetur, & merito, minime ordinari posse: & quamuis hoc fundamentum nihil concludat in eo, quom non constat mulieri adulteræ pepercisse, timere tamen debet ordinarius, quamuis alias possit eidem sacrum ordinem conferre, ne incidat in absurdum ac proinde in dubio securioris partem eligendo, eum non ordinare, præcipue cum sint alii non vxorati, qui possint & velint ordinari, vt diuini vacent & operam dent quid enim ecclesia Dei opus habet huiusmodi hominibus vxoratis ad sacros ordines eis conferendos, cum alii ad sint non vxorati, quibus id munus rectius mandari queat.

Tertio quoniam etiam maritus cum ordinari, vxori adulteræ non pepercit, poterit tamen postea stimulo carnis facilliter inductus, eidem coniugi carnaliter commiseri: in hoc autem quantum abhorreat ac castitate & munditia, qua sacerdotes vti debent ac tenentur, & quam vestis alba, qua funguntur in diuinis officiis, significat, ac demum à more ecclesiæ Romanæ vnusquisque attente circumspectat. Qui enim vxoratus promouetur ad sacros ordines, eo ipso intelligitur continentiam vouere, vt in terminis notat glof. in c. coniugatus, de conuers. coniugat. ibi. Nam qui: ergo debuit exigere non potest, argum. c. placet eodem tit. approbatur in l. 40. versic. mas ellos, tit. 6. part. 1.

15 Quinimo + bigamia vitium contrahitur hoc casu, etiam ab ignorante adulterium cognoscente, vxorem carnaliter, cap. si cuius vxorem, & cap. sequenti 34. distinction. Abb. & Ann. & Doctor. in c. 3. de adul. quorum opinio communis est & obtinet, etiam si ex præcepto ecclesiæ vxorem inuitis quis cognouerit, iuxta magis communem sententiam, vt aduersus Innocentium, & alios

resoluit D. Couar. in Clem. si furiosus, de homicid. 1. part. §. 2. num. 3. Et præterea + irregularis est, qui vxore adulteræ post penitentiam sibi reconciliatam cognouerit, secund. Anan. in d. c. 3. Felix, in c. ius generale, col. 6. dist. 2. & sentiunt omnes, qui proximam opinionem probant, secund. Couar. vbi sup. Vtramque probauit Nauar. in manual. Lajin. m. c. 16. n. 27. & prius dictum sequitur Sylu. Nept. in q. 1. quod non sit vile nubere, n. 127. vol. 6. vbi dicit, diuersi doct. fol. 21. vbi quod propter bigamiam perdit privilegium clericatus & alia plura. Quod si hoc etiam fundamentum nihil vtgere dicas, quia sufficit, quod tempore, quo hic coniugatus ordinatus, vxori adulteræ non pepercit nec eidem carnaliter se immiscuerit, vt recte ordinari possit, iuxta priorem receptam sententiam: Non enim inspicendum est, quod post ordinationem possit vxorem cognoscere carnaliter; Hæc namque nec alia irregularitates, que postea poterunt contingere occidendo hominem vel mutilando membrum vel alia grauissima delicta committendo, non debent esse in consideratione, vt tempore habili impediatur ordinum collationem, sicut nec in aliis solutis, qui ordinari volunt, alias enim nullus posset ordinari, cum possibilitas sit res ampla: Tractus enim futuri temporis non spectat ad iudicem, vt in l. non quemadmodum, ff. de iudic. cum similib. Nihilominus tamen præcipua & speciali ratione hoc casu considerari poterit præfatum inconnentibus, cum facilius contingere possit, quam cetera generalia supra dicta. Sed quo magis hæc secunda opinio strictius probetur, accipe quartum fortissimum fundamentum.

Quarto + & vltimo hæc pars negatiua comprobatur, quia, quemadmodum nullo iure diuino vel humano cauetur, quod matrimonium ratum & non consummatum dissoluitur per sacri ordinis susceptionem, nisi tantum per professionem solennem alicuius de religionibus, approbatus, & ideo nullus, durante matrimonio, nondum etiam consummato, nullam de sacris ordinibus suscipere præsumere debet, nisi prout sacris ordinibus nouerit continere, alias neque matrimonium soluto in se suscepto ordine ministrare nec ad superiores ordines prouehi neque ad aliquod beneficium vel officium ecclesiasticum valet promoueri, vt in extrauaganti antiquæ concertationis Ioan. XXII de voto & voti redem. in princip. & in §. 1. incipit, auctoritate Apostolica, quam in hoc citat Magister sent. in 4. dist. 27. cap. 5. vbi limitat, nisi de consensu vxoris, & gl. in d. extrauag. verb. statim, ex illa colligit bonum modum forme arguendum & dicendi: Non est ita, quia iure canonum non reperitur, gl. etiam in cap. quemadmodum, verb. tenetur de iure iurand. & in cap. vico, de voto, lib. 6. Abb. in cap. 1. & cap. ex parte, de conuers. coniugat. ita etiam nullo speciali iure cauetur, vt maritus propter adulterium vxoris ordinari possit, quamuis religionem intrare ac profiteri valeat: quo fit, vt minime hoc casu hic ad sacros ordines promoueri licite possit, remanendo in seculo, sub prædictis penis, cum hoc non sit iure cautum & solum id liceat in casibus à iure expressis, vt ibidem expresse probatur: quod magis astringo, Nam in dist. 8. auctoritate Apostolica, illud inhietur, ne quisquam, durante matrimonio, siue copula consummato siue non, aliquem ordinem sacrum suscipiat, nisi prout factis Canonibus nouerit expedire: sed iure Canonico vxoratus non debet promoueri ad sacros ordines, nisi absolutus ab vxore continentiam presente, vt in dist. cap. vxoratus, de conuers. coniug. & licet ob adulterium vxoris liceat marito religionem ingredi ac ibidem profiteri, vt est prædictum, non tamen eo casu expressum est à iure, vt ad sacros ordines promoueri possit inuita vxore: esset namque maximum inconueniens, vt supra considerabimus, ipsos ambos in seculo remanere, marito sacris insignito

contra voluntatem vxoris ipsaq; continentiam minime proficere: quod sic non contingit ipso religionem ingreffo vel vxore continentiam proficiente: Ergo &c. Et quamuis per adulterium vxoris liberetur vir ab obligatione reddendi debitum, vinculum tamen matrimonii adhuc manet: Ergo nullo modo dici potest, quod maritus ob adulterium vxoris iure possit ipsa inuita, ad sacros ordines promoueri, cum casus exceptus firmet regulam in contrarium, *vt in l. nam quod liquida ff. de penultra. ex quibus, vt facilius possit quis conuerti ad religionem, quam ad sacros ordines promoueri: vnde rectius procedit argumentum negatiue quam affirmatiue; Nemp̄ quando religionem intrare non licet: Ergo multo minus ad sacros ordines promoueri, non vero semper, quod licet religionem intrare, licet promoueri ad sacros ordines, vt ex præd. patet & censuit Syluest. vbi supra. Nec obstat si replicet quis, *tex. in §. auctoritate Apostolica*, argumentumque ab eo modo sumptū procedere ac loqui in matrimonio absolute, hoc est, quando coniuges simul cohabitant vel saltem diuortio nõ facto: At vero nos agimus, quādo propter adulterium est factum diuortium atq; separatio, quod est secundum quid dici matrimonium valeat, non tamen absolute. Nam respõdeo in primis, *tex. præfatum §. auctoritate Apostolica*, generaliter & indistincte loqui in quocunq; matrimonio: at vero commisso adulterio, verum matrimonium est quoad vinculum, quod minime ipso adulterio dissoluitur, vt sup. latius probatum est: Separatio autem tunc fit quoad cohabitationem simultaneam & thorii ac bonæ, non vero ex hoc definit esse verum matrimonium inter eos. Præterea qui præd. replica contra nos vti velint, necesse habent, vt probent hunc esse casum, in quo iure Canonico maritus ob adulterium vxoris ordinari valeat absq; licentia vxoris: quod si expresse probauerint, statim annuam ipsorum opinionioni, sin minus, regulam generalem in contrarium constituit *d. §. auctoritate Apostolica*, in hunc modum, vt maritus ordinari non valeat sub penis ibi contentis, nisi prout facis Canonibus nouerit expedire: sed hoc casum non constat neque probatur, quod sacris Canonibus id expedit: Ergo habemus intentum.*

Et in expresso hanc partem negatiuam probauit Innocent. in *d. c. constitutus, de conuers. coningat. vbi reddit rationem diuersitatis inter sacros ordines & religionem, sequitur eandem sententiam ibidem Anan. Anchar. num. 3. Anton. de But. quest. 2. & Ioan. And. sequitur etiam summa Altesana, 2. part. lib. 8. tit. 11. artic. 2. quest. 9. in eamque inclinatur Arcim. consil. 59. & quamuis Abb. in *dist. cap. constitutus. nu. 5. conetur elidere rationem differentie assignatam ab Innoc. vbi supra. inter sacros ordines & religionem, illa tamen coadiuuari potest ex decisione *tex. in cap. quia sunt, & in cap. sequenti, 28. dist. in c. a gloss. in. ibi circa fin. quam probat Archid. in cap. sciatum in fin. 32. dist. Quod si adhuc præfatum ratione differentie Innocentii veram non esse contendas, dictum tamen ipsius & sic nostra sententia negatiua efficaciter probari videtur ex præd. tertio fundamentum pro eodem adducto, quam vetiorem in puncto iuris atque fecundam esse existimo ac proinde tenendam; præcipue cum auctoritate etiam grauissimorum auctorum non careat, quamuis contraria sit magis recepta ac proinde non peccaret tam seruans.***

Ad primum fundamentum prioris partis respõdeo, quod est licet marito propter adulterium vxoris religionem intrare, non tamen ideo licebit sacros ordines suscipere in seculo remanendo, quia vt supra probauimus, præd. consequentia Doctor. est falsa, quia non valet argumentum affirmatiue in proposito, nempe vxoratus quãdo potest intrare religionem, potest etiam ordinari. Nam illud inuenitur iure expressum, hoc au-

tem minime, sed potius contrarium, nisi tantum in casibus à sacris Canonibus permittis: Hic autem non est huiusmodi: Ergo &c. Negatiue autem recte procedit, qui non potest religionem intrare, neque promoueri, vt prædiximus.

Ad secundum circa eius primam partem eodem modo respõdeo, & ad *cap. coningatus, de conuers. coningat.* quod procedit seruatis in ipso requisitis, hoc est quod maritus ab vxore continentiam proficiente absolutus ad sacros ordines promouetur, qui casus non est noster, sed multum diuersus. Item etiam non obstat illud, quod prædiximus de Episcopo, *vt in dist. cap. sane, quia procedit ipsa vxore religionem proficiente, alias secus vt ibidem probatur. Ad tertium respõdeo, nihil concludere in proposito quod nobis oblit.*

S V M M A R I V M.

1. *Etas singulis ordinibus iure antiquo requisita.*
2. *Prima tonsura & omnes minores ordines a septennio, etiam statim suscipi possunt iure nouiori.*
3. *Subdiaconus effectus potest, cum primum decimum octauum annum fuerit ingressus, diaconus vero postquam inchoauerit viginti, Presbyter dum atigerit viginti quinque, iuxta Clementinam sualem de atate & qualis, itaque sufficit attingere vltimum annum prædictarum ætatum, etiam si annus ipse completus non fuerit: & an hoc hodie procedat stante decreto de reformat. Sancti Concilii Trident. Sess. 23. c. 12. late agitur. nu. 4. & sequ. vbi resoluunt affirmatiue, quamuis ad Subdiaconatum nullus promoueri precipiatur ibidem ante vigesimum secundum annum, & ad Diaconatum ante vigesimum tertium.*
6. *Qui ante Calendas proximas stipulatur, similis est ei qui Calendis stipulatur.*
7. *Annulus non statim, vt natus est, sed recentissimo sexagesimo quinto die dicitur.*
9. *Qui sacris initiatur in vigesimo secundo anno, non promouetur ante vigesimum secundum.*
10. *Verba denotantia tempus si sint singularis numeri verificantur in tempore incepto, si vero sint pluralis numeri, debet esse tempus completum.*
11. *Significatio propria dictionis, ante, est excludere illud cui præponitur.*
12. *Illud dicitur ante, quod omnino ante est.*
13. *Prima dies termini cedit commodo promissoris ad hoc, vt non sit in mora, antequam totum tempus laboretur.*
14. *L. qui ante Cal. 13. ff. de verb. oblig. intellectus, & n. 15. de concord. d. cum l. annulus, la 132. in ordine, ff. de verb. signif. remissus.*
16. *L. annulus, la 2. 134. in ordine. ff. de verbor. signif. intellectus.*
17. *Conferre aut suscipere ordines citra prædictas ætates, crimen est mortale, & ordinator huiusmodi per annum à collatione clericalis tonsuræ ob huiusmodi culpam suspenditur.*
18. *Suscipiens ordines sacros ante ætatem legitimam, verum characterem & sacramentū suscipit etiam Presbyteratus (etiam si puer non tamen ordinem executionem, imo ipso iure est ab eiusmodi executione suspensus quousque legitimam ætatem atigerit, & presbyter hoc casu celebras, prater peccatum mortale, irregularis sit. n. 9. Hodie per extranag. Pii. I. ipso iure sui suspensi, qui sine dispensatione canonica aut legitima licentia, sine extra tempora vel ante ætatem legitimam vel absq; dimissionis ordinantur, nu. 20.*
21. *Ordinatus extra tempora vel ante ætatem legitimam vel sine dimissionis, suspensus est ipso iure, n. 20. contra nonnullos velatores, n. 23.*
22. *Sic suspensus si ministraverit in ordine, irregularitatem incurret, a qua a solo Papa absolui potest.*

24. *Ordinatus alius sine dimissionis ordinari sui, per annum est suspensus ab ordinum collatione, ordinatus vero quoadmodum proprio ordinario videbitur expedire.*
25. *Peccat mortaliter, qui se facit ordine insigniri contra Canones Conc. Trid. hic velatos.*
26. *Licentia seu facultas ordinandi à quocunq; Catholico amittitur in propria diocesi residenti, an ad alium de licentia proprii ibi Pontificalia exercentem extendatur & num. seq.*
30. *Minores ordines & Subdiaconatus an eodem die conferri valeant, & nu. 31. & 32.*
33. *Nullus prima tonsura initiatus aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, ante decimum quartum annum beneficium potest obtinere.*
34. *Non omnes habentes ætatem legitimam promouendi sunt ab Episcopis ad sacros ordines, sed digni duntaxat, quorum probata vita sine defectu sit.*
35. *Caveant Episcopi ab ordinando pueros in aspectu, quamuis vigesimum quintum annum atigerint, ne forte supereat in opprobrium ordinis clericalis.*
36. *Et prætereane iis sacri numeris dispensationem committant, qui ob imbecillitatem intellectus atque debite considerationis diuina ministeria parum pendunt.*
37. *Caveant etiam, ne indoctos ordines, atque eos, qui male legunt, ne ignorantia causet contemptum.*
38. *Regulares quoque, nec in minori ætate nec sine diligentis examine ordinentur, priuilegiis quibuslibetque ad hoc penitus exclusi.*
39. *Ætas 30. annorum requiritur ad Episcopatum.*
40. *Penitentiarius perpetuus, qui in Ecclesiis Cathedralibus institui debet, 40. annorum esse debet.*

C A P V T XXVI.

De ætate singulis ordinibus Ecclesiasticis requisita.

Quamuis iure diuino, quoad substantiam Sacramenti nulla sit ætas distincta, iure tamen Pontificio eiusmodi ætates decrete sunt & præfixitæ:

Inre etenim antiquo longiora ætatis tempora exigebantur: Nam, vt habetur in *cap. in singulis, 77. dist. in. ab infantia* (hoc est à primo septennio) poterat quisq; nomen Ecclesiasticis ministeriis dare (hoc est) primam tonsuram accipere, sed tres minores ordines non, nisi vsque ad annum duodecimum, neque acolythatum vsque ad quatuordecimum: Subdiaconus vero nemo, qui erat minor viginti annis completis, fieri poterat, vt patet ex sexta Synodo, *Canon. Subdiaconus, 77. dist. & ibi gloss.* neque Diaconus ante vigesimum quintum annum, vt in decreto Conc. Carthagin. *Canon. placuit.* necne vero presbyteratum obtinere minor triginta ann. vt tota distinct. 78. dicitur: ita Dominic. à Sor. in 4. sentent. dist. 25. quest. 2. art. 2. pag. 51. col. 2. in versio. quo antea; tametsi Iacobus Menoch. de arbit. iudic. casu 427. num. 1. 4. cens. 5. dicat per illud *tex. in dist. cap. in singulis*, quod minores ordines conferuntur habetis duodecim vel septedecim annos, & Rebuffus in praxi benefic. in tit. de cleric. ad sacros ordines male promot. gl. 2. nu. 2. non est in tit. de cleric. ad sacros ordines male promot. gloss. 2. num. 1. pag. 436. habenti duodecim vel 13. ann. & num. seq. de ordinibus sacris quod prædictum est probat: sed re vera meo iudicio *tex.* ille rectius probat, quod ex eo collegit Soto vbi supra, Videnda est in hoc, l. 27. tit. 6. par. 1. iure tamen nouiori, non modo prima tonsura, verum & omnes minores ordines à septennio statim suscipi possunt, iuxta *glos. fin. in Clem. fin. de atate. & qualitat.* per iura quæ allegat, quam probauit Sor. vbi supra. de prima tonsura, quod septennio confecti possit, Albertus Trocius de vero & perfectio cleric. capit. 17. num. 1. vol. 2. srat. diuersor. doctor fol. 243. & Rebuff. vbi supra.

Ad Subdiaconatus + vero ordinem ex *d. Clem. fin.* promoueri quis potest, cum primum decimum octauum annum fuerit ingressus, & ad Diaconatum, postquam inchoauerit vigesimum, & ad Presbyteratum, dum atigerit vigesimum quintum, vt ibidem expresse cauetur. Nam cum *tex. ille* non requirit, quod prædicti ordinandi sint decem & octo, viginti & vigintiquinque annorum respectiue, sed tantum quod possit quis liberè in decimo octauo ad Subdiaconatus, in vigesimo ad Diaconatus, & in vigesimo quinto ætatis suæ anno ad Presbyteratus ordines promoueri, consequitur manifestissime, sufficere attingere vltimum annum prædictarum ætatum respectiue, et si annus ipse completus non fuerit: Quod etiam aperte probatur in *cap. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. vbi* sufficit, quem attingit vigesimum quintum suæ ætatis annum ad beneficium curatum obtinendam, & si non est in ordine requisito constitutus, debet se facere promoueri, præfixo à Canonibus tempore sub penis de quibus ibi: qui *tex.* hodie ad literam in nouatur in Sacro Concilio Trident. Sess. 24. c. 12.

Neque obstat, quod secundum + Hostien. dispensatur in atate in *d. §. inferiora*, propter curam animarum, & secundum Innoc. quia liberat necessitas, ex quo vocatus fuerat ad beneficium, quod requiritur ordinem, ideo obseruandi sunt antiqui Canonibus in hoc supra relati: Absurdum namq; esset, quod minor viginti quatuor ann. possit habere curam & sacerdotium, non vero sacerdotium solum: Quare ex illo *tex. recte* probari videtur, sufficere attingit vigesimum quintum annum, ad hoc, vt quis in presbyterum ordinari queat, quod vt prædixi, iure nouiori est expeditum in *dist. Clem. fin. ex verbis supra relatis, & in terminis, quod sufficit attingit 18. ann. ad Subdiaconatum & 20. ad Diaconatum, & 25. ad presbyteratum, tenet gl. in d. Clem. fin. in verbo, in decimo bñ. auo, sic intelligens *tex. illum*, quau sequitur alios allegans Card. ibid. nu. 8. & optime probat Albert. Troc. vbi supra. num. 2. & Io. de Imol. in d. Clem. fin. super illa gl. & vbi Bonif. de Vita. nu. 19. Fel. in c. cum vigesimum, nu. 7. de offic. deleg. Domin. à Soto vbi supra, & illam *glos. sequitur* Rebuff. in praxi benefic. in tit. de cleric. ad sacros ordines male promot. gl. 2. nu. 2.*

Poterit tamen quis forsitan dubitare, An præcedens communis sententia, quæ profecto verissima & receptissima est, hodie procedat, stante decreto de reformat. sacro sancti Concilii Trident. Sess. 23. ca. 12. vbi alia ætas ad prædictos sacros ordines præscribitur, + saltem ad Subdiaconatum, nempe ad illum 22. ann. ad hunc vero 23. his verbis; Nullus in posterum ad Subdiaconatus ordinem, ante vigesimum secundum, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promouetur: An vero hoc decreto stante, corrigatur præfata communis opinio?

Et primo + videtur ex illo *tex.* non sufficere vltimum annum singulis ordinibus præscriptum esse inceptum, sed requiri esse completum, ex *tex. in l. qui ante 13. in ordin. ff. de verb. obligat. vbi* inquit *tex. Qui ante Calendas proximas stipulatur, similis est ei, qui Calendis stipulatur.* Cuius ergo Concilium vtrut prædicta propositione, ante, cum prohibitione præcedenti, videtur requiri, vt annus compleatur, arg. d. l. qui ante.

Secundo + ex *tex. in l. annulus, la 2. 134. in ordin. ff. de verb. signif. vbi* inquit *tex. Annulus non statim vnatus est, sed recentissimo sexagesimo quinto die dicitur, incipiente plane, non exatitio:* Ergo annus vigesimus secundus, vel vigesimus tertius, vel vigesimus quintus ætatis vnusquisque non dicitur statim, quod quis cum ingreditur, sed vltimum eius diem, quamuis non completum: & in nostris terminis ita tenet Menoch. de arbit. iudic. cent. 5. casu 427. nu. 25.

Subdiaconatus eodem die conferri valeat. Et videtur id licere, arg. ab speciali per tex. c. 2. de eo qui ordines fuit suscipiens, ubi est prohibiti illi, qui 4. minores ordines recepit, temerario auctu Subdiaconatum etiam recipere: & temerario auctu facere ceterum, quonia sine examine & scientia Episcopi ad Subdiaconatum se intrufit, vt dicitur ibi dicantur: Ergo si deficiat auctus temerarius & accedat voluntas & scientia expressa Episcopi, licitum id erit: Nihilominus contrarium tenent Dd. vt refert Sylu. in sum. verb. ord. 2. n. 7. & Dom. a Sor. ubi sup. pag. 56. col. 2. vbi quod ex eo incurritur suspensio, in qua poterit Abb. dispensare, si huiusmodi ordinari aliquam religionem ingrediatur & Episcopus, si eam non ingrediatur, si ipsi, antequam ordinarentur, non fuerant pramoniti sub excommunicationis sententia, ne vltos simul ordines susciperent, alias solum Pap. poterit dispensare in hoc. Hac tamen precedens sententia communis limitatur, nisi consuetudo premissua esset in contrarium: nempe vt praed. minores ordines & Subdiacon. eodem die conferrentur, quae valida erit secund. B. Ant. Archiep. Flor. in sua sit. 3. p. iii. 14. c. 16. §. 16. Nam. in d. manual. c. 24. n. 71 & Rebus ubi sub. gl. 2. n. 17. vbi affirmat eum Card. ita seruari de consuetudine, nempe vt praed. quatuor minores ordines & Subdiacon. eodem die conferri valeant, esseque validam consuetudinem huiusmodi, cum non prohibeatur, nisi quod duo aut plures sacri ordines eodem die conferri sub poena suspensionis, vt in c. literas, & in c. dilectus, de temp. ord. ergo quatuor minores & Subdiacon. eodem die conferri & accipi possunt ex consuetudine, quam vbi adit, concilium non tollit nec improbat, quinimo validam esse innuit, quod quidem tantum prohibet duos sacros ordines eodem die, etiam regularibus, conferri priuilegiis ac indultis quibusuis concessis non obstantibus quibuscumque quasi velit ac intendat, ius commune & consuetudinem in hoc casu in suo vigore permanere & omittere respectu 4. minorum ordinum & Subdiacon. nec etiam 4. minores ordines tantum, debeant vno die conferri, nisi de consuetudine esset in aliqua Ecclesia, probat l. 27. prope fin. 6. part. 1.

33 Ad superiora & redeundo, quamuis prima tonsura septennio conferri valeat, nihilominus nullus prima tonsura initiatus aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, ante 14. annum beneficium potest obtinere, vt cauetur in c. 5. decret. de reformat. sess. 23. d. Conc. Trid. Nec omnes qui sunt constituti in praedict. aetate requisiti ad sacros ordines, ad eos assumere debent Episcopi, sed dignos duntaxat & quorum probata vita senectus sit, vt in d. c. 12. sess. 23. d. Conc. Cauentur igitur ab ordinando pueros in aspectu, quamuis vigesimum quintum annum attigerint vel expleverint, ne forte id subrepat in opprobrium ordinis clericalis. Et praeterea teneis sacri muneris dispensationem committant, qui ob imbecillitatem intellectus atque debite considerationis t diuina ministeria parui pendunt. Cauentur etiam ne indoctos ordinent atque eos, qui male legunt, ne ignorantia causet contentum. Regulares t quoque nec in minori aetate nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, priuilegiis quibuscumque ad hoc penitus exclusis, vt in d. c. 12. in fine sess. 23. d. Conc.

39 Ad Episcopatum t inter alia requiritur aetas triginta annorum iam impletorum, vt in c. Episcopus, 77. dist. & inc. cum in cunctis de elect. & in d. Conc. Trid. in decret. de reformat. c. 2. sess. 22. vbi innotantur ad sacris Canonibus stabilita quoad aetatem & cetera requisiti in Episcopo assumendo.

40 Penitentiaris t autem, qui cum vnione praebendae ptoxima vacaturae in omnibus etiam Cathedralibus Ecclesiis, vbi id eodem fieri potest, ab Episcopo per S. Conc. Trid. institutus praecipitur M. vel D. aut Licent. in Theologia vel iure Canonico, annorum qua-

draginta esse debet, seu alias qui aptior pro loci qualitate reperitur, vt in c. 8. decret. de reformat. sess. 24. eiusdem Conc. cauetur.

S V M M A R I V M.

- 1 An virtute Bullae Cruciatae eligi possit in confessorium in hoc Episcopatu, approbatus in alio, non tamen in hoc, & num. seq. affirmatiua probatur vsque ad n. 6. sed eo num. & seq. contraria.
- 2 C. 15. de reformat. sess. 23. Concil. Trid. declaratur, & num. 3. & 18.
- 4 Quilibet Sacerdos, licet per sacerdotalem characterem accipiat potestatem & iurisdictionem habitualem ad absoluen dum a peccatis, actualem tamen, quae ad id est necessaria, non recipit, nisi eam habeat ordinariam vel delegatam, vt hic & nu. 5.
- 7 Approbatio confessorii, vt idoneus indicetur, ab ordinario loci, ubi confessiones audientur est, fieri debet.
- 8 Dominus noster Iesus Christus misit discipulos suos in vniuersam terram ad praedicandum suum Euangelium.
- 9 Es ad Apostolos dixit, decipite Spiritum sanctum, quorum remissionis peccata, remissa erunt, & quorum retinueritis, retenta erunt: quilibet n. habuit principatum sibi a Deo decretum, magna provincia vel Regni.
- 10 Apostoli vt ex traditione Ecclesiae habemus post passionem Domini diuiserunt sibi provincias, & vnusquisque ibat ad praedicandum Euangelium Christi in provinciam, quae sibi forte obtrahat.
- 11 Non legitimus, quod nemo Apostolorum in alterius provinciam se introuideret, praeter Paulum, quoniam possent ac valeret.
- 12 Omnes Apostoli erant ac fuerunt vniuersales Pontifices totius orbis, eandemque potestatem habebant (sub Petro tamen) in vniuersum mundum, quamuis non haberent successores in eundem praeter Petrum, vt hic.
- 13 Ecclesia Catholica diuisit totum orbem per provincias in Episcopatus & Archiepiscopatus: & c. vnusquisque praeficiens suum Episcopum & pastorem atque gubernatorem: qui Episcopi in locum Apostolorum successerunt, vt in num. 14.
- 15 Approbatio confessorii ea tantum mente fit, vt in proprio Episcopatu approbatus proficiat, non vero in alio.
- 16 Extra territorium sui dicentis impune non praeterit, quod in proposito approbationis confessorii adducitur.
- 17 Pater familias suis infirmis Medicum meliorem suo arbitrio eligit, non vero extraneus, idem in proposito.
- 18 Non quicumque est idoneus ad audiendas confessiones certa persona, vel in aliquo loco, est idoneus ad alias vel quacumque loca.
- 19 Qui audit confessiones in aliquo vico aut pago rusticorum non tanta indiget scientia, quam ille, qui audit in ciuitate, & c.
- 20 Iniuria fieret ordinario loci, si aliquis absque sua approbatione & licentia in suo Episcopatu audiret confessiones, etiam virtute Bullae.
- 21 Habens beneficium curatum non potest audire alienas ones sine licentia expressa vel interpretatiua proprii parochi.
- 22 Eligi potest in confessorium virtute Bullae approbatus, tantum a suo ordinario ad audiendas confessiones, licet facultas vel iurisdictione absoluen di sibi data non sit ab eodem.
- 23 Differentia assignatur inter licentiam ad constituendum & approbationem tantum, idem num. 27.
- 24 Proprius Sacerdos penitentis dicitur parochus parochialis, Episcopus & legatus in provincia & ipsius penitentiaris & Vicarius generalis Episcopi, & Archiepiscopus cathedrales, & ad quemlibet istorum, non perita alterius licentia potest quis recurrere pro penitentia.
- 25 Omnes animae diuinae sunt commissae sub potestate Episcopi.

26 Quilibet de diocesi dicitur esse parochianus Episcopi. 29 Quid operatur Bulla Cruciatia in hac parte ultra ius commune.

C A P V T XXVII.

Approbatus in vno Episcopatu ad audiendas confessiones, an possit virtute Bullae Cruciatae in alio Episcopatu eligi in confessorium, absque noua approbatione huius Episcopatus.

Frequenter dubitari & contingit, An virtute Bullae Cruciatae, qua penitentem conceditur facultas eligendi confessionem quem vellet ex approbato ab ordinario, possit eligi confessorium approbatum a quocunque ordinario, licet ab illo, in cuius diocesi eligatur ad audiendas ibi confessiones, non sit approbatus: verbi gratia, An penitens Ciuitatis, qui vbi confiteri vult, possit virtute dictae Bullae eligere in confessorium, approbatum per ordinarium Salmantinum hic existentem, non tamen per Ciuitatisensem approbatum nec reprobatum?

Quaestio haec, quamuis prima facie facilis videatur, satis tamen controersa est apud viros grauiosissimos, in qua itum est per eos in diuersas sententias. Eminentissimi enim Theologi infra referendi in ea sunt sententia, vt hoc fieri possit, nempe, vt confessor approbatus ab vno ordinario, possit eligi virtute d. Bullae in confessorium in alio Episcopatu, licet ab ordinario huius Episcopatus non sit approbatus, itaque approbatio vnus ordinarij sufficiat, vt eligi quis possit confessorius virtute Bullae, in quibuscumque alijs Episcopatibus absque alia approbatione.

Et hoc primo, quia Bulla non dicit, quod penitens eligere possit confessorium approbatum a suo ordinario, sed approbatum ab ordinario: Ergo sufficit approbatio cuiuscumque ordinarij, quia lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, non distinguemus, ff. de arbit. l. de pretio, cum similibus, ff. de publico in rem actio. Praecipue, quia cum fauores debeant ampliari, vt in regul. odia, cum similibus de regul. iur. in 6. non est, cur restringamus gratiam in Bullis concessam ad approbationem ordinarij penitentis, cum ipsa generaliter loquatur in approbato ab ordinario: sed hic est approbatus ab ordinario Salmantini: ergo poterit eligi in confessorium virtute Bullae Cruciatae vbi cumque, etiam extra Episcopatum Salmantinum; Nam vbi cumque conuenienter verba legis, eius dispositio, locum habet, vt in l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. hic contentum, Igitur, & c.

Secundo, quia & innotuit Conc. Trid. in hac parte fuisse videtur, quod iudicium eligendi confessorium idoneum, non relinqueretur iudicio penitentium, quorum maior pars illiterati, imperiti atque idiota sunt, ideo statuit, vt iudicium hoc discernendi, quis sit idoneus ad audiendas confessiones, relinqueretur Episcopis hoc est, ordinarijs locorum, vt in c. 15. decreti de reformatione, sess. 23. vbi sic dicitur: Quamuis Presbyteri in sua ordinatione a peccatis absolute potestatem accipiant, decernit tamen sancta Synodus, nullum, etiam regularem, posse confessiones secularium etiam Sacerdotum audire, neque ad id idoneum reputari: nisi aut parochiale beneficium aut ab Episcopo, per examen sibi illis videbitur esse necessarium aut alias idoneus indicetur, & approbationem, quae graui detur, obtineat: priuilegijs, consuetudine quacumque etiam in memorabilibus non obstantibus. Colligi igitur videtur, quod ad hoc, vt quis possit virtute Bullae eligi in confessorium, sufficiat esse approbatum a quocunque Episcopo, quamuis proprius non sit diocesis penitentis; Quandoquidem idoneus declaratus est ad audiendas confessiones ab Episcopo, sicque satis Concilio & Bullae: Concilium enim praedictis verbis reprobauit opinionem antiquam receptiorem dicentium, iudicium eligendi confessorium idoneum, esse relinquentem penitenti, sicut prout ante Concilium vix in praxin deduci, & approbatiu contrariam text. in c. omnis vniuersae sexus de penitent. & remissus probat Victoria in summa in. de conf. §. 110.

Tertio, quoniam si aliud diceremus, Bulla praefata in hac parte nullum priuilegium concederet penitenti, sicque inanis esset: quod minime est dicendum. Pater, quia etiam absque Bulla penitens idem haberet; Quandoquidem quilibet non priuilegiatus possit sibi eligere confessorium approbatum ab ordinario, vt patet in d. Concilio: quia licet quilibet Sacerdos per sacerdotalem characterem accipiat potestatem & iurisdictionem habitualem ad absoluen dum a peccatis, actualem tamen, quae ad id est necessaria, non recipit, vnde requiritur, quod eam habeat ordinariam vel delegatam a summo Pontifice vel ab Episcopo seu eius vicario vel a parochio in suis diocesis, vel saltem approbatione, vt ratione Bullarum vel propter alias concessionis possit a penitente eligi tanquam proprius sacerdos, vt in c. 6. de casuum referuat. sess. 14. d. Concil. vbi decernitur, nullius momenti esse absolutionem, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam non habet iurisdictionem, & in d. 15. sess. 23. eiusdem Concil. in Conc. Floren. sub Eugen. Pap. celebrato, §. 4. vbi habetur; Minister huius Sacramenti est sacerdos, habens auctoritatem absoluen di ordinariam vel ex commissione superioris: id quod latissime pluribus corroborat Nauat. in c. placuit, nu. 5. & seq. de Penitent. dist. 6. idem in Manual. c. 4. nu. 2.

Vt igitur priuilegium aliud contra ius commune operetur, vt decet, quia inde dicitur priuilegium, quasi priuans legem, frustra enim quis precibus nititur impetrare, quod sibi iure communi conceditur, vt Lonicus, C. de thes. sub c. fatendum est, virtute Bullae Cruciatae eligi non solum posse confessorium approbatum ab ordinario illius diocesis, vbi quis confiteri vult, sed etiam ab alio quocumque, cum Summus Pontifex sit omnium pastor atque praelatus, qui potest hanc facultatem concedere ipsiusque beneficium latissime est interpretandum, vt in l. beneficium, ff. de consuet. Princip. cum similibus, alioquin non diceretur electio, quia ea cadit inter plures, vt in l. vnum ex familia, ff. de legat. 2. Haec sunt quae pro hac parte adduci possunt, quam ex duobus prioribus fundamentis, absque illo tertio, quod adiecit, tenuerunt atque proprijs nominibus subscrisperunt, imprimis doctissimus ille sacrae Theologiae professor Primarius Salmantinus Frater Bartholomaeus a Medina ordinis Predicatorum: nec non & splendidissimum lumen eiusdem facultatis, Cathedram Vespertinam Salmanticae regens, iam iubilatione gaudens, Frater Ioan. de Guebara, ordinis Dni Angustini nunc iuuenissimus minister Provincialis, quorum iudicium huiusmodi penes me habeo suis subscriptionibus roboratum, affirmantium in calce ipsius, sufficere, quod ita sentiunt homines doctiores huius Regni. Deinde idem subscrispit petitiuissimus ac admodum Reued. Pater F. Gasp. de Vzeda ordinis S. Franc. insignis vir, qui omni procul dubio hanc partem probauit, sed alij plures eiusdem poterunt esse sententiae, prout reuera sunt, vt credo, quae magis conuincunt videtur praedicti tertio fundamento, quam praecedentibus. Et nouissime eam alios allegans sequitur futili tamen fundamento, Henrich in sua summa Theol. Moral. lib. 7. de malis, c. 12. nu. 4. pag. 510. qui in margine parum subsistit, vt infra dicemus.

Nihilominus t salua pace tantorum virorum ac sub celsura & correctione sacrosanctae Matris Ecclesiae Romanae eiusque Summi praesidis, semper dubitauit praefata sententia, ac eam a veritate alienam existimari & tenui & tenco, confessorium approbatum ab vno ordinario, non posse eligi a penitente, etiam virtute

